

QK.291.

v. Cracau

Za  
5860

X 1980/150

Ode gratulatoria

# IN HONOREM

REVERENDA DIGNITATI,  
NOBILITATE GENERIS  
antiqua; erudita doctrina, virtute inclyta, autho-  
ritate eximia, multoq; rerum usu amplissimi &  
spectatissimi viri, Domini Iohannis à CRACAV,  
Decani Cizensis, canonici Naumbur-  
gensis, & Misnensis,

CVM AD IPSVM FASCES NEO-  
pyrgensis Decarchiae, unanimi nobilissimorum reverendi capi-  
tuli procerum consensu & votis deferrentur  
debita & devota observantiae ergo  
scripta à

GEORGIO MARTINO

Naumburgensi

25. die Octobris, Anno reparatae  
Salutis 1596.



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIA

IENAE

Typis Tobiae Steinmanni.







Vnc est canendum: nunc viridi  
coma (stias  
Ornanda lauro: nunc decet ho-  
cum farre Divis ferre, ad  
Thuricremas, Neopyrga Mater (aras  
Antehac nefas suffundere gaudio  
Vultum, verendi dum Patria patres,  
Vultu gemebant luctuoso,  
Funereas capit is ruinas.  
Sed huic dolori sors posuit modum,  
Caput recepit Patria, nobilis  
Columna jam supplet columnas  
Occidua vacuum, sedile.  
Exedra plausus sumit: amabili  
Prodit susurro subdita civium  
Corona mentem: suave carmen  
Thespiades, Charitesq; fingunt.  
Quis caca post hac lumina diceret  
Divae bifrontis? qua modo calculis  
Delegit artitum, peritum,  
Et generis bonitate clarum

A 2

Clas

Clarent (fatendum est namq<sub>z</sub>) peritiae,  
Virtute, cultu, stemmate, literis  
Omnes: sed hic quondam ut Darius  
Calicolum arbitrio praivit.  
Est gloriosum, fascibus obrui  
Nunquam cupitis: At pium E<sup>o</sup> optimum,  
Oblata honoris dona rursus,  
Ad Superum retulisse honorem.  
Sic sempiternum commeruit decus  
Solon: profunda quem Sapientia  
Præstasse cunctis, nuda Davi  
Simplicitas etiam videret.  
Nam ciim repertus chryseus est tripus,  
Miletii undis, Numinia Delphica.  
Per Phæbades, Graio dicarunt  
De populo, sapientiori.  
Statim Thaleti mittitur: at Thales  
Ut ceteri omnes, Palladis in domo  
Qui tūm virebant, digniori  
Dona viro, cupit, offerantur.

Solis

Soli Soloni mens alia est: simul  
Quidem recusat, sed tamen interim,  
Arcana Phabi cogitata.  
Assequitur, Catus. Et remittit.  
Dant munus, inquit, Dii, Sapientia  
Praeeminenti, at quis sapientior  
Oracula reddente,? Ergo jure  
Delphicola reddit ad Sacellum.  
O mens sagax: o vis sapientiae:  
Quis non acumen Palladii viri,  
Gazasq; gemmis digniores  
Divitis ingenii, stupescat?  
Ast cur referri vult ad Apollinem  
Munus clara? tecte scilicet admonet,  
Ut consecremus robur, aurum,  
Imperium, decus omne, Divis.  
Hinc vestra virtus ex merito capit  
Fasces: pie dum proposuit sibi,  
Non bos sibi, verum Jehovah  
Sumere, christicoliq; egenis.

A 3 Evax

Evax paternis, et caput et Decus,  
DECLANE, terris, sic tua plurimos,  
In luce clara constituta  
Nobilitas, recreabit agros.  
Esto dolenti præsidium reo:  
Præsis levamen dulce: ruentibus  
Fulcrum: Patrono te Camena  
Pegasos saliant ad amnes  
Honos.onus: quid tūm? iuvat inclytos  
Supremus, ausus: is dabit exitus  
Feliciores, atq; vertet  
In Schyticam mala quaq; Gentem.  
Id nempe spondet pacifici Jovis  
Exortus: en quām fronte hilari petat  
Nunc altiora: hic Scorpionis  
Mercuriūq; revellet astus.  
Fallor, sin imos Antipodes face  
Formidolosa Mars properans adit?  
Sic est. veretur namq; vires  
Sceptrigeri Patris experiri.

O fausta

O fausta vestris omnia honoribus;  
Quid non bonorum, vis bona syderum  
Spondet? Jovem formidat Hermes  
Memphiticus: fugit Æthre Mavors.  
Idcirco prudens augurium optimum  
Expende Fati: & quasq; molestias  
Tristi relegans corde, laius  
Munificæ cape dona sortis.  
Gaudet vocari post Patriæ CAPVT,  
Quem vota Patrum, quem Superū parens,  
Hac sede ponunt, & verendi  
Imperii tribuunt, habenas.  
Sis usq; florens: Vnda fluat tibi  
Pactoli abunde: Te regat & regat  
Rector Poli: Faxitq; sero  
Elysias redeas ad arces.

V. R. D.

Mittit & submittit

Subjectissimus cliens

G. M. N.

Ha 5660 AK

MC.



## Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



v. Cracau

ESTATORIA

NOREM

DA DIGNITA-  
TATE GENERIS

a, virtute inclyta, autho-  
crum usu amplissimi &  
ni Iohannis à CRACAV,  
anonici Naumbur  
Misnensis,

F A S C E S N E O-  
nobilissimorum reverendi capi-  
tis & votis deferrentur  
observantiae ergo  
a à

M A R T I N O

urgensi

, Anno reparatæ

1596.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIA

N AE

Steinmanni.

Za  
5860

X 1880.150